



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11153**

*cem posterioribus versibus capitis continetur.* Lugduni Batauorum anno 1608. in 8.

Conradus Ruhelius, Germanus, Lutheranus, edidit

*Libros dogmatum & argumentorum praeceptorum, quae Iesuita obtendunt de & pro Papa. V Vittembergæ anno 1604. in 4. apud Zachariam Schurer.*

Conradus Vorshius, Calvinista, edidit

*Romani Pontificis, regniq; Pontificij consutationem, in Anti-Bellarmino pag. 17. 57. 80. &c.*

## D.

Daniel Arcularius, Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus Romani Pontificis potestatem, disputationem 45. tom. 1. Marp.*

Daniel Cramerus, vel Chamierus, Calvinista, edidit

*De OEcumenico Pontifice disputationem libris 5. distinctam. Geneuæ anno 1600. apud Iacobum Choüet in 8.*

*Antiquiarum, vel reuelationem Antichristi. Francofurti in 4.*

Daniel Tilenus, Silesius, Calvinista, edidit

*Notas in Bellarminum de Summo Pontifice. Geneuæ anno 1619. in 4.*

*Antichristum, disputationem bipartitam, 1. Papam Romanum reuerè magnum illum, & propriè dictum Antichristum esse in sacris litteris prædictum. 2. Antichristum Pontificiorum & Iesuitarum fictitium, & ementitum monstrum esse aduersus Robertum Bellarminum, auctore Thoma Brigtmanno coniunctim editam. Ambergæ anno 1611. in 8.*

*Speculum Antichristi. Rostochij anno 1605. in 8.*

David Blondellus, Catalaunensis, Campanus, Calvinista, edidit opus, cui titulus est,

*Pseudo-Isidorus & Turrianus vapulantes, seu editio & censura noua Epistolarum omnium, quas pÿssimis urbis Romæ Præsulibus à B. Clemente ad Siricium, &c. nefando ausu, infelici euentu, Isidorus cognomento Mercator supposuit, Franciscus Turrianus Iesuita aduersus Magdeburgensium centurias aculeato stylo defendere conatus est. Recensuit, Notis illustrauit, bono Ecclesiæ dicauit David*



*uid Blondellus Catalaunensis.* Geneuæ ex Typographia Petri Choüet anno 1628. in 4. Latinè.

*David Chytraus,* Germanus, Lutheranus, edidit

*Anthithesin doctrina Christi & Papa,* in 9. cap. Apocalypf. pag. 200.

*De Antichristo,* in 13. cap. Apocal. pag. 283. in 8.

*David Maierus,* Germanus, Lutheranus, edidit Latinè

*Transennam Theologicam & historicam de Papatu Romanensium per Ethnicismum impragnato refermentatòque: porrò de Papislarum Deo, qui est reuera Papa Romanus.* Francofurti anno 1634. in 4. apud Ioannem Fredericum VVeisium.

*David Pareus,* Germanus, Calvinista, edidit

*Propositiones de potestate Ecclesiastica & civili, explicatas, & assertas à Philippo Pareo Davidis filio.* anno 1633.

*David Rungius,* Germanus, Lutheranus, edidit

*De primatu Ecclesiæ Romanæ* disput. 18. ex Epist. ad Rom.

*De tyrannide Romani Pontificis* disp. 9. ex post. Epist. ad Corinth. part. 3.

*Contra primatum Papæ* disp. 14. ibid. part. 3.

*Didymus Fauentinus,* Lutheranus, scripsit pro Martino Luthero.

*De Romani Pontificis Monarchia,* Orationem anno 1521. editam.

*Domites Menapius,* Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus primatum Romani Pontificis,* in Enchiridio controuerfiarum inter Euangelicos & Pontificios pag. 385.

*Donatus Gotwivius,* Triuonenfis, Germanus, Lutheranus, edidit

*Iuramentum Pij Papæ IV. continens capita Pontificia religionis cum confutatione* 1573. in 8.

## E.

**E**lias Reusnerus, Leorinus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Tertiam è septem illustrium quæst. historiarum* pag. 39. *Vtrum S. Petrus Apostolus Romæ Episcopatum egerit.* Ienæ anno 1609. in 4.